



APÉNDICE.

DEFENSA Y DECLARACION de la doctrina del Sutil Maestro Scoto sobre la materia del Homicidio, de que se trató en la parte III. trat. VIII. §. II. num. 304.

§. I.

CL. P. M. Concina in sua Theol. Christ. tomo 4. lib. 7. in Decal. dissert. unic. de Homicidio, cap. 2. §. Recensentur quorundam hæreticorum errores, n. 6. sic: *Postremus error tribuitur Scoto, qui in 4. dist. 5. q. 3. de secundo, iis tantum in casibus occidendos homines docet, qui in divina lege sunt expressis ejusmodi sunt homicidæ, blasphemus, adulteri &c. Quoniam, inquit, in legem superioris nullus inferior aliquid potestatis habet; superior autem, nempe Deus, solum in casibus expressis in Script. dispensavit in hominum occasione: ergo in his, & non aliis casibus licita erit hominum occisio.*

2. Hanc Scoti opinionem, ut fide infestam, & temeritatis plenam duntaxat Salmanticens. tract. 25. cap. 1. punct. 1. num. 5. cum aliis Theologis, Bañez, Salonio, Trullench, Bonacina, Sayro, cæterisque communiter. Adversatur quippe communi PP. & Sacror.

Canonum auctoritati: Quid enim frequentius in Jure Canonico, quam malefactorum occisio? 23. q. 1. de Occid. cap. Miles, cap. Non frustra, pluribusque aliis in locis.

3. Hæc Concin. Quem non miror, doctrinam sub his terminis relata, & intellectam, erroribus amandasse. Fateor equidem ingenue, quod si doctrina Scoti esset in rei veritate, sicut à Concina aliisque ab ipso citatis circumfertur & intelligitur, censura, tametsi adeò gravi, primus ipse subscriberem. Non tamen propterea subscriptionem meam pont permitterem sub epigraphæ: *Recensentur quorundam hæreticorum errores; ne foris in doctis exinde occasionem sumerent nota hæreseos insultandi Doct. Catholiceissimum æque ac piissimum, cuius libri, ait Possevin. (in Apparatu Sacr. tomo 2.) absque ullo erroris novo in Occumenicis Conciliis involati permanserunt. Ind. Sacr. Cardin. Cong. anno circiter 1610. præcepit librorum Censuribus, ut quidquid Scoti esse con-*

constaret intactum involatumque admitteretur, ut testes sunt Cabellus & Wadingus (ap. Joseph. Antonium Ferreri in *Prælod. Philosoph.*)

4. At vero ab his, aliisque id genus abstrahentes, que facile commendant tanti Doctoris orthodoxiam: in proposito oppidò falsum est, ejus sententiam talem esse, qualis immeritò & inconsideratè nimis ipsi imponitur. Quasi dixerit: non licere potestati publicæ malefactores occidere nisi in casibus divina lege expressis, seu in illis de quibus expresse in Scriptura constat, Deum in lege illa non occides, dispensasse.

5. Totum enim hoc falsum est ac subinde injusta Scoto censura aerem purum verberat, nulloque supposito laborat. Imò ait Matrius (in *Summa Mor. disp. 11. num. 303.*) temerè, ac temerariè hic error Doctori nostro impingitur, cum totum oppositum loco citato doceat. Porro Scoti doctrina loco ipso à Censoribus allegato, ut inferibus ex ejusdem litterali narratione patebit, Sanctum Augustinum sicut alibi frequenter, si de jussorem habet, atque patrum: ibidem allegatum totidem verbis, quibus hujus sententia inserta est in Decreto (cap. Si non licet 23. quæst. 5.). Et tam longè abest, ut publicæ potestati, vel in minimo præjudicet, ut potius ipsi faveat, & qua nulla ma-

gis, Regnorum quieti, Principumque securitati prospiciat.

6. Ast inquires: si sententia Scoti hujusmodi est, quid fieri potuit, ut tam male audiat ap. Theologos recentiores? Absit, ut cuiquam invidiam confitem. Neque mihi persuadeam, viros pios & probos mala fide processisse. Sed si Concine verba (in *Comp. lib. 1. Appar. cap. 3. num. 3.*) hac in parte accommodare licet, diceret aliquis & non abs jure: *ex eorum commentis in descriptam (Scoti opinionem) clare patet, eos præjudiciis, & anticipacionibus onustos, atque in varias affectiones distractos (textum Scoti) legere si tamen re ipsa legunt, & non potius quæ anteriores Casuistæ docuerunt, transcribunt.*

7. Neque mirum doctrinam Scoti eam passam fuisse lugendam sortem, quam non effugit Augustinus ipse: *Arbitror sanè, ait Aquilinus ille Doctor (lib. 1. de Trinit. cap. 3.) nonnullos tardiores in quibusdam locis librorum meorum opinatos; me sensitisse quod non sensi, aut non sensitisse quod sensi. Quorum errorem mihi tribui non debere quis nesciat? si velut me sequentes, neque apprehendentes, deviaerint in aliquam falsitatem. Sit itaque error doctrina illorum, qui dixerint homicidium lege publica solum posse justè statui in casibus in Scriptura expressis: sit utique hæc doctrina fidei infesta temeritatis plena, & praxi totius*

Orbis Christiani contraria. At errorem hunc Scoto tribui non debere quis nesciat? Sane nullus, nisi qui textum Scoti non legit, vel si legit, præjudiciis & anticipacionibus onustus, opinatus fuit, ipsum sensisse quod non sensit, aut non sensisse quod sensit.

§. II.

UT autem hoc evidenter pateat, videamus oportet quid Scotus hac super re senserit, quid non senserit. Et ut ab hoc ultimo incipiamus, originem & progressum opinionis, ipsum tam acriter censurantis, explicemus. Porro apud antiquos doctrinæ Scoti impugnatores nullus quem sciam, auditur censuræ impactæ tumor; quod sanè non leve indicium est doctissimam ipsius lectam in suo fonte, & intellectam prout in ipsa est, talem censuram non mereri. Enim verò Scotum loco citato impugnarunt Cajet. (2. 2. q. 64. art. 2.) & Dominicus Soto (de Just. & Jur. lib. 5. q. 1.) ambo articulati, & exproffeso; neuter tamen illorum censura vel iniuria inuritur. Nihilominus hic secundus putavit Scotum ibi docuisse, quod nullum nocentium hominum privata, publicæ auctoritate interficere licet, nisi casibus veteri lege exceptis. Quod falsum est, cum Doctor non dicat, exceptionem, quam ibi requirit, taxative debere con-

stare ex lege veteri, ut intellexit Scotus; nec ex divina revelatione, ut intellexit Cajetanus; sed solum exceptiones in lege factas, velut exemplificando, recenset; quin ipsas aliunde provenire posse, negat; imò hoc ipsum ibidem cum S. Aug. patenter supponit.

9. Ea jam Scoti sententiam non bene intellectam. Quid restabat, nisi ut accederet censura? Eam paulò post infixit Dominicus Bafiez (de Just. & Jur. q. 4. art. 2.) dicens, sententiam Scoti esse temerariam & erroneam in fide. Sed quo modo? Prius supponendo Scotum dixisse, non licere Magistratibus publicis interficere reos, quantumlibet sint nocivi Reipublicæ, nisi tantum illos, quos Deus speciali revelatione, vel lege jusserit interfici. Ecce sententiam Scoti adhuc magis equivocatam, & in terminis; qui tametsi censuram præcisa digni sint, non sunt tamen termini, quibus ipse loquitur, ut mox patebit. Sub hac eadem intelligentia processit Salomon (2. 2. q. 64. art. 2.) ubi ait, sententiam Scoti esse falsam, & que à viris peritis judicatur periculosa & erronea. Salomon totidem verbis excepit Trullench (in Decalog. lib. 3. c. 1. lib. 2.) Accessit Bonacina (de Rest. in part. disp. 2. quest. ult. sect. 1. punct. 2.), ubi intelligens, Scotum dixisse: Quinto Decalogi præcepto prohiberi omnem hominis occisionem, ait cum Molina, Bafiez & aliis, sententiam

tiàm Scoti esse temerariam, periculosam in fide, & contrariam præcepto totius orbis christiani.

10. Sic, fateor loquuntur plures, non tamen omnes. Multi enim sunt, qui Scotum hac in parte vindicent, ut sunt Hugo Cavellus (in Schol. ad cit. locum), Hiques (ibid. in Comm.), Henno (in Decalog. disp. 5. q. 1.), Mastrius cit. & alii qui Scoti textum perpexerunt, & expendunt. Nihilominus non negaverim, existimationem hanc apud Probabilistas præsertim, & Scoti extero communiter invaluisse. At enim quis non videt, viam qua censura doctrinæ Scoticæ tanquam communis apud Recentiores evasit, eam in primis esse, quæ plures alie eorundem opinionones, de quibus ipse Concina inconsolabiliter queritur, tanquam communes sunt soluta? Queritur ipse de hoc probabilissimi incommodo, ortumque, ait, duxisse ex non lectione Scripturæ, & Patrum, vel saltem non præmeditata, sed præjudicata & irreflexa. Querat & ego hic pariter de non lectione Scoti, ex qua decidendum erat, utrum ejus doctrina esset vel non censurâ digna? Sanè probabilissimus, si quam methodum cæcam, & irreflexam obtinuit in materia motum, illa planè nondum exivit in materiam censuratum.

11. Eam verò recentiores, qui censuram præcisa Scoti ob-

ficiunt, alii alios sequuntur; non alio stylo neque more, quam, reclamante Concina, Probabilistas faciunt. Plures eorum textum Scoti videntur non legisse. Nam quis legisse credat, videns sententiam ejus non in terminis propriis relatum, sed prout refertur ab his quibus subscribitur, illis scilicet quos Scotus si legeret non agnosceret? Aliqui textum Scoti utique legerunt, imò ut sibi consulerent, litteraliter ad duxerunt, ut fecit Prado (c. 2. de Homicid. q. 1.) Sed quis? Nihilominus, licet præter intentionem, equivocavit, & suppositus censuræ Scoti doctrinam, non prout paulò ante fidei ab ipso relatum sed prout à recentioribus, quos ibi citat, præacciperat. Ait enim (n. 8.) Dico 2. erroneum est asserere, quod solum in casibus expressis in lege divina liceat peccatores interficere. Quæ tamen propositio, prout jacet apud Doct. Subt. non habetur neque formaliter, neque equipollenter. Sed age dum & videamus, quid Scotus loco cit. docuerit, & dixerit, ut exinde appareat, an ejus sit doctrina, quæ ipsi tribuitur, & tanquam erronea suggillatur.

12. Scotus itaque loco à Censoribus Quis cit. cum quæsisset, quis est justus occidens? Sic litteraliter respondet: Responsio habetur 23. q. 5. Si non licet, & indignatur ibi Aug. 1. de Civit. Dei. His inquit, exceptis, quos lex justa generat.

raliter, vel Deus specialiter jubet, occidi, quisquis hominem occidit, criminis reus erit. Quæ autem lex justa (hæc non considerant adversarii), ipse determinat de Lib. arb. lib. 1. breviter. Nulla, nisi quæ vel descendit à lege divina, sicut conclusiones practicæ à principiis practicis, vel quæ concordat legi divinæ, ad minus quæ non discordat. Ad propositum: lex divina absolute prohibuit, non permittas hominem occidi: & nulli licet inferri in lege superioris dispensaret ergo nulla lex positiva constituens hominem occidendum justa est, si in illis casibus statuatur quos Deus non excipit. Excipit autem multos (ea quod unam viam excipiendi velut exemplificando ponit; non tamen proinde alias esse negat, imò ipsas adesse supponit in auctoritate Augustini, quam adducit tanquam sæpe resolutionis fundamentum), ut patet in Exodo, scilicet blasphemum, homicidam, adulterum, & multos alios. Nullus ergo secundum justam legem occidit, nec lex positiva justè infligit homicidium, si non excipitur ille casus à Deo, prohibente homicidium.

13. Ecce litteram & doctrinam Scoti. Accedant nunc Censores, & dicant, ubinam Scotus docuit: Nullum noventium hominem privata publicæ auctoritate interficere licet, nisi casibus veteri lege exceptis à Deo? Casus in veteri lege exceptos utique memoravit, tanquam licite occisionis casus;

sed ubinam dixit, solum in illis casibus, licitam esse occisionem? Ubinam dixit, non licere Magistratibus publicis interficere reos, quantumlibet sint nocivi Reipublicæ, nisi tantum illos, quos Deus speciali revelatione, vel lege jusserit interficere? Ubinam dixit, quinto Decalogo præcepto prohiberi omnem hominis occisionem? Ubinam dixit, solum in casibus expressis in lege divina licere peccatores interficere? Ubinam dixit, Deum solum in casibus expressis in Scriptura dispensasse in hominum occisionem?

§. III.

14. Dixit itaque cum Augustino Scotus, homicidium solum licitum & justum esse in casibus exceptis à lege illa; Non occides. Hoc Scoti, vel potius Augustini assertum, adeò solidè fundatum, & Catholicum est, ut nemo unus negare audeat, imò neque possit sub his terminis salva fide. Enimverò casus à lege illa divina non exceptus, est casus in illa comprehensus. Non enim datur medium, vel assignetur. Equis autem dicat, licitam & justam esse hominis occisionem in casu comprehenso sub lege illa: Non occides? Sanè nullus, nisi qui desipiendo judicet, licitam & justam esse hominis occisionem factam contra præscriptum & voluntatem Dei, qui est Dominus vitæ & mortis: Nullus ergo secundum justam legem occidit, neque

que

quæ lex positiva justè infligit homicidium, si non excipitur ille casus à Deo prohibente homicidium. Ita invincibiliter ex doctrina Augustini concludit Scotus; nihil ut patet de modo exceptionis determinans, sed cum Augustino ipso in voce exceptionis persistens. Quid inde? Ergo escotos semper requisivit exceptionem expressam? Ergo dixit, his tantum in casibus occidendos homines, qui in divina lege sunt expressi? Pessimæ consequentiæ. Non enim casum aliquem esse à lege aliqua exceptum, idem omnino est ac esse in illa expressum. Sanè casus gravis necessitatis est casus à lege jejuniæ exceptus, & tamen non est in ipsa expressus. Exceptio item posset esse vel implicita vel explicita: verum expressio necessario debet esse explicita; aliter enim expressio minime dicenda foret.

15. Quod Doctor Subt. ad justitiam, & licitudinem homicidii exceptionem expressam & explicitam non determinatè requisierit, sed contentus fuerit sola implicita & virtuali, patet per ipsum multipliciter. Primò in textu ipso allegato, ubi admittit, exceptionem sufficientem illam esse, quæ fit per legem justam: explicans cum S. August. legem justam eam esse, quæ descendit à lege divina, sicut conclusiones practicæ à principiis practicis &c. Quod utique sufficiebat ad omnem prorsus censuram ab Sco-

to propulsandam. Enimverò per hoc sufficienter concedit id ipsum, quod S. Thomas, & cum ipso omnes docent, nempe licere potestati publicæ statuere malefactorum occisionem, quando hæc, ut explicat Cajetanus (2. 2. q. 64. art. 2.) secundum lumen signatum super nos à Deo Auctore naturæ, judicatur quid salubre, & expediens toti communitati, ne modicum fermentum totam massam corrumpat. Tunc enim licet statuens homicidium malefactoris utique justa erit. Sed quare justa, nisi quia descendit à lege divina sicut conclusiones practicæ à principiis practicis, ut ait August. & cum ipso Scotus. Si autem Scotus hoc cum August. concedit, quomodo negaverit, licitam esse sub his circumstantiis malefactorum occisionem? Quomodo militabunt contra ipsum sacri Canones, & illæ Reipublicæ leges quæ dictis principiis innixæ, morte puniunt hereticos & alios malefactores, qui tanquam membra putrida, sunt perniciosi toti communitati, & hujus corruptivi?

16. Secundò Doct. Subt. contentum fuisse exceptione implicita nuper explicata, patet etiam per ipsum (eodem 4. dist. 15. quest. 1.) ibi teste Cabello in Scholio ad notatum loc. docet, licitam esse occisionem cum moderamine inculpatæ tutelæ, qui casus nullibi in lege divina reperitur ex-

Cccc 2

pres-

pressus. Tertio: requisisse exceptionem in Scriptu. non expressam, ipsemet Doct. conceptis verbis declaraverit in Reportatis (*lib. 4. dist. 15. quæst. 4. edit. Waring.*) dicens: *Deus absolute præcipit, ne quis occidat, nisi in casibus ab eo determinatis, vel non prohibitis explicitè, vel implicitè. Et infra: Et idè nihil potest justè statuere (lex positiva super homicidio) nisi quod statutum est in lege Dei explicitè, vel implicitè. Unde non licet occidere nisi in casibus permissis à Jure divino in Scriptura.* In quomodo Scotus ad justitiam homicidii non poposcit in Scripturis dispensationem, sed contentus fuit earum implicita permissione.

17. Afferantur nunc, quæso, omnes illi Sacre Script. textus, qui ut doctrinam Scoti fidei infestam esse probent, ab ejus Censoribus congruunt: ut illud Exod. 22. *Malefactor non patieris vivere.* Illud Psalm. 100. *In matutinis interficiebant omnes peccatores terræ.* Illud ad Galat. 5. *Utinam abscindantur qui nos conturbant.* Afferantur, inquam omnis hujusmodi generales textus. Jam quæro: Vel dicti & similes textus aliqui probant ad Scoti adversariorum intentum, vel non probant. Si non probant, immeritò allegantur. Si probant, idè erit, quatenus ex eis constat, sive explicitè, sive ad minus implicitè, licitum esse, & permissum in aliquibus casibus ho-

minum occisionem: atque Scotus licitam concedit occisionem hominis in casibus à Deo in Scriptura permissis, & hoc sive explicitè, sive implicitè in illa constat de tali permissione: ergò textus allegati, & allegandi potius ipsi suffragantur, quam refragantur. En jam Scoti censuram in se ipsa corruentem, & dissipatam. Ut autem hoc plenius pateat doctrinam Scoti præadductam expendamus, vel brevier oportet.

Docet itaque Doct. Subt. præceptum illud divinum & naturale: *Non occides,* universale esse. Hoc autem, præterquam probari poterat, tùm ex Sacra Scrip. tùm ex Jure Canon. ut pluribus congestis locis probat abundè. Hiqueus in Comment. ad loc. Doctoris cit. Supponitur clarè ab August. statim allegando, quem sequens de morte Scotus, docet consequenter, homicidium non posse licitè statui nisi in casibus, quos Deus excipit à lege illa: *Non occides,* quod ineluctabiliter probat ex illo principio per se noto: *Nulli licet inferiori in lege Superioris dispensare.* Totà hæc doctrina Doctoris expressa est in S. August. cit. cap. *Si non licet,* ubi ante verba per doctorem ipsum allegata, sic habet: *Non occides, non alterum, ergò neque te. Neque enim, qui se*

occidit, aliud quam hominem occidit. Quasdam vero exceptiones eadem ipsa divina fecit auctoritate, ut licet hominem occidi: sed his exceptis quos Deus occidi jubet, sive data lege, sive ad personam pro tempore expressa jussione: Et idè nequaquam contra hoc præceptum fecerunt, qui Deo auctore bella gesserunt, aut personam gerentes, publicæ potestatis, secundum ejus leges, hoc est, justissimæ rationis imperium, sceleratos morte punierunt. Hucusque Augustinus, qui postquam commemoravit plures particulares exceptionis casus, ut Abraham, Sepsite & Samson, concludit: *His igitur exceptis, quos licet justa generaliter &c. ut supra in littera Doct. Subt. Augustino consonat Bernardus de præcepto & dispensatione, dicens: Non occides, non machaberis, & reliqua illius scita, quæ etsi nullam prosus humanam dispositionem admittant, neque cuiquam hominum ex his aliquando solvere licuit, aut licebit. Dominus tamen aliquid horum, & quod voluit, & quando voluit, solvit &c.*

19. En jam quod Scotus, ut hic notavit Cavellus ejus Scholias- tas, doctrinæ, inò & phrasi Augustini semper insistens, cum August. ipso tripliciter limitavit præceptum illud: *Non occides.* Primo, per exceptionem in lege datam, ut passim habuere Judæi. Secundo, per exceptionem actam jussione speciali, qualem habuit Abraham de necando Isaac. Ter-

tio, per exceptionem factam, à justa lege, id est, decernente homicidium secundum justissimæ rationis imperium, vel quæ descendit à lege divina, tanquam conclusiones practicæ à principis practictis, ut loquitur Augustinus. Quocumque autem ex his modis lex occisionis justè statuatur, à Deo qui est Dominus vitæ & mortis statuitur, juxta illud (Prov. verb. 8.): *Per me Reges regnant, & legum conditores justa decerunt.* Semel statuta justa homicidii lege, licitè hæc malefactori infligitur, quia tunc casus Deus excipit, ut loquitur Aug. vel dispensat Deus, ut loquitur Bernardus.

20. Ut sit in expressa sententia Bernardi & Augustini, licitum in aliquo casu homicidium, ad Dei exceptionem attendere oportet, sive hæc interim descendat per legem positivam, sive per legem naturalem. Non enim hic contendam cum cit. Bæfiz dicente: *Quod August. sepè vocat leges Dei, quibus licitum est reos nocentes occidere, non quia oporteat, quod sint leges divine positive, sed sufficit aliquando lex ipsa naturalis, aliquando verò superadditur lex humana, quæ derivatur ex lege naturali, tanquam illi consonans & convenientis.* Hæc Bæfiz qui solvat auctoritates præadductas August. quæ cum in terminis continent doctrinam ipsissimam Scoti, necio quæ jure istum similiter non explicuerit, quin potius erroris,

temeritatique notaverit.

21 Sed ob reverentiam Augustino debitam minime consentiam praedicto Auctori in eo, quod inferius addidit: *Verum est tamen*, ait, quod D. Augustinus aliquando non est multum sollicitus de proprietate vocabuli, & appellat exceptiones illius praecipii, quae proprius dicerentur explanationes. Sed heu! Quando Augustinus iudicabitur in proprietate verborum exactus, si in re tam gravi fuerit non multum sollicitus? Certè Scotus maluisset hic cum Augustino audire incurius, quam sine August. vopulare tanquam erroneus, & temerarius.

§. V.

22 Cæterum neque August. neque ejus Discipulos fidelissimos Scotus fuerunt praesertim hac in parte non multum solliciti, sed exactissimi, & perspicacissimi. Consideravit namque Aug. praecipitum illud: *Non occides*, non solum naturale esse, sed insuper post datam legem, esse simul positivum divinum, quod utpote morale, non fuit cum lege ipsa evacuatum; quin potius à Christo D. expressè confirmatum & perfectum, juxta illud Matth. 5. v. 21. *Aulistis, quia dictum est antiquis, Non occides: ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur &c.*

23 Nunc autem, licet spec-

Apéndice.

tato hoc praecipito, qua praecisè naturale est, casus homicidii in ipso non comprehensus determinari utique possit via naturalis explanationis; sed considerato qua divinum & positivum est, determinari debet via exceptionis: adeo ut si decernerit homicidii casus, non idèd praecisè sit, quia ratio naturalis dicitat hominem occidendum. Hoc enim totum verificari deberet etiam in hypothesi quod Deus, nulla à se data super hoc positiva dispositione, homines in puris naturalis, ut potuit, dereliquisset. At enim in praesenti providentia qua Deus Opt. Max. naturam elevavit, & ne, ut proclivis est, suis dictaminibus obnubilata procederet, dignatus est praecipitum instituire, praecipitum ipsa juris naturalis in Decalogo redigendo, & signanter praecipiendo: *Non occides*; ratio ipsa naturalis dicitat, ut in discernendo homicidii casu, non totum relinquatur naturæ, sed insuper ratio habeatur divinae voluntatis per praecipitum illud expressè nobis, & intimatae. Ac subinde si casus homicidii decernitur, non ideo praecisè sit, quia natura dicitat, sed insuper quatenus dicitat, Deum in illo casu hominem occidendum non prohibere, in quo formalissimè & propriissimè ratio exceptionis consistit.

24 Ecce jam cautam sollicitudinem & omnimodam proprietatem Augustini, cui pariter subscri-

eribit Bernard. cit. dicens: *Deinde quod inviolabile nominavi, illud intelligo, quod non ab homine tradidit, sed divinitus promulgatum, nisi à Deo, qui tradidit, mutari omnino non patitur, ut exempli gratia: Non occides. Si ergo hoc praecipitum mutari non patitur, nisi à Deo qui tradidit, Dei tradentis proculdubio habenda est ratio ad internoscendos casus in illo à legislatore ipso non comprehensos; atqui determinare casus non comprehensos in lege per ordinem ad legislatorum intentionem, est ipsam declarare non praesens per viam explanationis, sed insuper per viam propriissimè exceptionis: ergo.*

25 Fateor si hinc sequi, ad discernendum homicidii casum, non parum insudari debere in perquirenda Dei praecipientis intentione & voluntate; & consequenter multum attendamus oportet ad Script. Sacras, in quibus certè continetur, vel explicitè, vel saltem implicitè totum quod necessarium est, ut omnes nostras rectè dirigamus actiones, & quibus Deus nobis cum dignatione loquens, sufficientissimè declaravit suam voluntatem & intentionem. Ita sanè. Sed quid inde? Nonne hoc unum est, quod ipse Concina (in *Com. lib. 1. Appar. cap. 3. per tot.*) commendat, & jure tanquam summe necessarium in omnibus Theologis, in his praecipitè, qui Christianorum cons-

cientias dirigunt? Certè ut eisdem verbis hic utar: *Theologia illa, quae ex Script. Sanctis suas non habuerit conclusiones, non Theologia, sed Bathologia vocanda est, inepta prorsus ad mores honestandos: divina ipsa Scriptura sui meditationem praecipit sexcentis locis, Deut. c. 6. hæc habentur: Audi Israel, & observa, ut facias quae praecipit tibi Dominus, & bene tibi erit: Comprehendistis nunc, quam sit necessaria divina legis meditatio, quoniam secundum hanc, non secundum Casuistarum placita iudicandum erit? Sancti Ecclesiae Patres, qui sunt Magistri nostri, Justinus Martyr, Cyprianus, Athanasius, Basilus, Gregorius Nazianzenus, Chrysostomus, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Gregorius Magnus, alique innumeri Scripturarum sanctis, divinisque traditionibus, morum quaestiones definire: Disputationes, quas de homicidio (N. B.) de duello, honoris vindicent: alique suscitaverunt AA. novissimos: luculentissimis divinae Scripturae testimoniis definiri possunt, si sola Evangelica veritas spectetur, & studium illud hominibus placendi humanique favoris aucupandi penitus evellatur.*

26 Hæc citat. Concina, & quidum merito. At nonne id ipsum est quod in praesenti materia fecit Scotus? Primo quidem praecipitum illud, *Non occides*, scribitur cum August. expendens, in hujus terminis conclusionem sta-

statui. Deinde ad Scripturas recurrendum esse docet, ut ex earum lectione pateat, an occisioni locus sit ex Divina permissione, vel explicita, vel implicita. Et jam Scotum procedentem ad usum praxi Sanctorum Patrum, quam jure Concina ipse summis votis in omnibus Theologis desiderat. Ea jam illius hucusque expressam doctrinam, spiritu & littera totam Evangelicam, & Augustinianam. Quis nunc eam censurare audeat? Quis vocet Fidei infestam? Quis vocet Pleenam? Quis praxi totius orbis Christiani contrariam? In se ergo revertantur Censores, & videant, quod vulnus factum in caput Scoti, in caput reddidit Augustini & censura, qua doctrina Scoti exosa redditur, vel hanc non tangit, vel exosam reddit proximi illam theologizandi sanissimam & securissimam, quam vel ipsi Censores tam sapienter inculcant. Ast prosequamur.

§. IV.

Postquam Doctor Subt. hanc doctrinam sic generaliter statuit, occasione cujusdam argumenti sibi facti, ad duos solos casus in particulari descendit. Alterum nimirum super furto, & alterum super adulterio. De primo sic resolvit. Respondet, quod Deus in lege Moysi, vel Evangelicam explicitè non excepit

peccatum furti ab illo præcepto: Non occides, ut scilicet propter hoc peccatum liceat hominem occidere; & ideo nisi revocaverit aliqua revocatione speciali, quod non habetur ex Scriptura; nec de Bulla super hoc descendente de celo audivimus (hoc forte fuit vocabulum illud, quod magis Scoti adversarios offendit) non video, quod lex aliqua justa possit statueri hominem occidi pro furto solo.

Ceterum nec adhuc in hac parte Scoti Censores in eum offendissent, & à censura ultrocitraque temperassent, si locum hunc Doct. Subt. diligentius considerassent, & ut par erat, cum sua resolutione principali, quam supra immediate nos expendimus, contulissent adamussum regulæ, quam, Censores librorum monens, & instruens, præscribit Benedictus XIV. (in Bulla Sollicita, ac provida 9 Julii 1754. tom. 4. Bullari) ibi enim (§. 18.) ita ait sapientissimus juxta ac prudentissimus Pontifex.

Hoc quoque diligenter animadvertendum monemus, hanc rectam judicium de vero auctoris sensu fieri posse, nisi omni ex parte illius liber legatur, & quæque diversis in locis posita, & collata sunt, inter se comparentur, universum præterea auctoris consilium, & institutum attentè dispiciatur, neque vero ex una, vel altera propositione à suo contextu divulsæ, vel seorsim ab aliis que in eodem libro continen-

nentur, considerata & expensa, de eo pronuntiandum esse. Sæpè enim accidit, ut quod ab auctore in aliquo operis loco perfunctoriè, aut subobscurè traditum est, ita in alio loco distinctè, copiosè, ac dilucidè explicetur, ut offusæ priori sententiæ tenebræ, quibus involuta pravi sensus speciem exhibebat, penitus dispellantur: omnisque labis expers propositio dignoscatur. Quod si ambigua quædam exciderint auctori, qui alioquin catholicus sit, et integra religionis, doctrinaeque fama, æquitas ipsa postulare videtur ut ejus dicta benignè, quantum licuerit, explicata, in bonam partem accipiantur.

Ita laude dignissimus ille Pontifex, qui (de Synodo Diaeces. lib. 7. cap. 16. n. 9.) hanc suam theoreticam ad praxim deduxit, ut non solum verbo, sed insuper exemplo nos doceret. Cum enim in hanc S. Thomæ propositionem (4. dist. 17. q. 3. art. 3. q. 2.) incidisset, nimirum: *Minister penitentiae, cui confessio est facienda ex officio, est Sacerdos: sed in necessitate etiam laicus vicem Sacerdotis supplet, ut ei confessio fieri possit*; nihilominus eam tametsi primo aspectu, & prout sic solitarie sumptam, valde duram & difficilem, minimè censuravit, si cut revera neque censurabilis est apud Sanctissimum illum, Angelicumque Doctorem. Quid ergo fecit? Totum contextum S. Thomæ verbatim expendit, illius con-

silium, atque institutum diligenter perquisivit: & sic propositionem præeductam cum ipso S. Thoma de confessione extra sacramentum explicans, non solum à censura erroris immangem decrevit, ut insuper in præclaro lumine collocavit. Si aequitate exigente, id fecit cum D. Angelico, aliisque non tanti nominis æquissimus ille doctrinarum restimator, & Judex Benedictus, etiam ubi propositio asserta, in se ipsa pravi sensus exhibeat specimen. Quomodo non erit contra æquitatis præscriptum, & Benedicti intentionem, & mentem, propositionem illam Scoti censurare, quæ in se ipsa nullum pravi sensus specimen exhibet, & quæ solum difficillimi iudicari poterat, quatenus ab ejus contextu divulsæ, atque indebitè, & citra Auctoris propositionem applicatæ?

§. VII.

Itaque Scotus, ut ex ejus littera patet, non loquitur in loco præducto de necessitate expressæ revelationis, aut Bullæ pro omni prorsus homicidii casu, sed pro casu furti, de quo tibi tantum loquitur, non quidem universaliter, ut ipsi imponitur, sed restrictè nimis, id est de furto prout præcité complicat malitiam furti, seu pro furto solo, ut supra in textu.

Porò furtum, ut hic animadvertunt, communitè non

nes, potest considerari dupliciter. Primo nudè & secundum se, quantum videlicet importat puram & simplicem rationem furti, id est ablationem rei invito rationabiliter domino, quo pacto solummodo est lævum boni privati alterius. Secundo potest considerari furtum ut indutum aliqua circumstantia ipsam gravificante, ut nimirum furtum nocturnum, furtum domesticum, furtum sacrilegum, furtum cum latrocinio complicatum, furtum in bello, furtum cum frequentia, furtum in Curia, furtum publicum, seu in publicis viis, furtum bestiarum in agris, furtum cum aggressionem, & alia id generis, quibus impeditur publica securitas, mercatura, negotiatio, sapularis necessarius, & alia incommoda emergere solent, quæ redundant in maximum præjudicium boni communis Reipublicæ, & interdum vite proximi. At enim, ut ait Castro (de Potest. leg. pan. c. 10. l. 1. n. 328.) furtum, quod aliqua ex his circumstantiis vestitur, non simplex, & neque solum furtum dicitur, sed furtum cum incorregibilitate, aut cum contumacia, aut contemptu & irreverentia loci, sive personæ. Scilicet, ut ait Castro.

33. Jam vero Doct. Subt. nulli negat homicidium justè statui posse pro furto cum latrocinio complicato, ut perperam intellexerunt Salmanticæ & Prado; Doctores enim solum loquuntur de

furto, de latrocinio vero neque verbum quidem. Inter furtum autem & latrocinium multum est discriminis, ut notavit Scotus lib. 3. de Just. & Jur. q. 3. art. 3. & advertit Panormitan. (in cap. 2. de Furtis) ubi ait, furtum esse quando quis clanculo sine armis & aggressura rem alienam auferit invito domino. Latrocinium vero, quando palam fit cum armis, vel aggressura. Per quod patet ad fundamentum adversariorum desumptum ex illo Luce 23. v. 41. Et nos quidem justè, nam digna factis recipimus. Illi enim non erant simplices fures, sed latrones, ut constat ex sacro textu. Neque pariter negavit Scotus justitiam homicidii in casu furti sacrilegi, ac subinde neque ejus doctrinam, vel in minimo heddit argumentum deductum etiam à Salmanticæ ex supplicio Acham (Josue 7.) Acham enim non fuit lapidatus propter simplex furtum, sed propter furtum sacrilegum, ut ex textu ipso probat eic. Castro (col. 526.)

34. Uno verbo: numquam Scotus negavit justam esse legem de furis occisione, quando furtum est qualificatum, aut indutum aliqua ex recensitis circumstantiis, præsertim si pax publica nullo modo conservari potest sine furum occisione. Neque hujus oppositum, ut notavit hic ejus Scholiastes. Doct. Subt. unquam dixit: sed quod furtum solum, id

est, secundum se consideratum, & alia hujusmodi furto adjecta, componunt tamen hic & nunc salus Reip. ex tali occisione dependet, non est simplex furtum, sed compositum cum ruina Reip. Sic quandoque in militia altiùs loqui verbum, egredi præter ordinem unum passum, furari unam gallinam, justè morte puniuntur, quia ex his pendet salus exercitus.

35. De furto ergo nudè sumpto, & seclusa omni alia gravificante circumstantia, omnique periculo, aut damno adjuncto præter solius rei ablatæ damnum, loquitur ibi Doctor, dum ait se non videre, quod lex aliqua justa possit statuere hominem occidi pro furto solo. Hæc utique est conclusio & doctrina Scoti, quam ut notavit Hiquens hic in Commentar. non impugnat commode adversarii, sed procedit ex circumstantiis, quas supra allegavimus, quæ faciunt casum diversissimum. Hinc non immerito cum eodem Commentatore ibidem dixeris, quod tametsi hæc controversia tanquam realis sustineatur à plerisque; si tamen fundamenta hinc inde solidius penduntur, fortè non invenirentur tanta differentia. Impugnatores enim Doctoris Subt. recurunt ad leges municipales, quibus fuleitur prælix; sed neque hæc impugnat Doctor, quia pax Reip. damna, & pericula ejus ex quibus cades, rixæ, in-

vasiones, violentiæ, & alia hujusmodi furto adjecta, componunt tamen hic & nunc salus Reip. ex tali occisione dependet, non est simplex furtum, sed compositum cum ruina Reip. Sic quandoque in militia altiùs loqui verbum, egredi præter ordinem unum passum, furari unam gallinam, justè morte puniuntur, quia ex his pendet salus exercitus.

36. Quidquid autem sit de differentia hæc super, re versante Scotum inter & alios; illius sententia nimirum simplicem furtum (id est inermem, & quod furtum non committitur enormes circumstantiæ) non licitè occidi posse, nisi casu hic à lege illa: Non occides; per Deum interventu expressæ revelationis excipitur, catholicissima est, solidaque ratione simul & auctoritate fultura. Enimvero simplex furtum nullatenus à præcepto divino: Non occides; meditari potest exceptum, nisi hoc fieret per justam legem, vel Dei jussionem specialem. Et enim, ut dicebat supra August. His exceptis, quæ lex justa generalitèr vel Deus specialitèr jubet occidi quisquis hominem occiderit, criminis reus erit. Lex autem justa, & secundum justissime rationis imperium, ut etiam loquitur August. locum minime habere potest in proposito: cum inæqualis sit omnino compensatio, pro re ablatâ temporali auferre ipsam vitam

Dddd 2 que

que est bonum alioris ordinis, & pretio inestimabile. Solam ergo restabat locus exceptio: à Deo factæ per fusionem speculæ, de qua nisi per revelationem Dei expressam nobis constare non potest. Quid, quod Scorus in hoc casu, de quo præcise loquitur, Bullam requisierit de caelo descendentem?

§. VIII.

37 **Q**uod autem lex occisionis jure statui non possit pro casu solius & simplicis furci, ultra quam ex data ratione patet, est sententia expressa Alex. Alens. (3. p. q. 47. membr. 4. art. 3.) ibi: *Diximus quod nec tempore legis, nec nunc furtum punitur morte: sed aut præsumptione homicidii aut contumacia. Pro præsumptione homicidii, sicut fur nocturnus: Pro contumacia, sicut fures à iudice signati, & esurteriatii semel vel secundo, tertio deprehensi in furto suspenduntur secundum illam legem Deut. 17. Qui noluerit obediere decreto iudicis, moriatur. Aliter enim fur non punitur morte, nisi præsumatur latro. Et prius inter arguendum dixerat: Quæ iustitia est nunc, ut pro detrimento pecunie patiatur detrimentum vitæ? Cum nullo modo sit comparabile detrimento detrimento.*

38 Alens consonat ejus Discipulus S. Thom. (2. 2. q. 66. art. 6. ad 2.) ibi: *Et idem secundum iudicium presentis vitæ, non*

pro quolibet peccato mortali infligitur poena mortis, sed solum pro illis, quæ inferunt irreparabile nocementum, vel etiam pro illis, quæ habent aliquam horribilem deformitatem. Et idem pro furto, quod irreparabile damnum non infert, non infligitur secundum præsens iudicium poena mortis, nisi cum furto aggravatur per aliquam gravem circumstantiam, sicut patet de sacrilegio, quod est furtum rei sacræ, & de peculatu, quod est furtum rei communis: & de plagio, quod est furtum hominis pro quo quis morte punitur. Hæc S. Thomas, miraturque Hieronym. de Monte Portino, illius discipulis tantopere contra Doct. Subt. in hoc loco sagaciter, cum eum non aliud fecisse appareat, quam luculentè explicare quæ breviter scripsit ipsemet S. Thomas, ut constat ex ejus relatis verbis.

39 Sanct. Thomæ consentiunt plures gravissimi Theologi, Sylvester (verb. Furtum q. 3. §. 4.), Castro (de Lege penal. c. 6. col. 528.) ubi ait se putare durissimum, & nimis crudele, si pro simplici furto, & non habente gravem aliquam circumstantiam, quis occidatur, Soto (de Just. & jure lib. 5. q. 3. art. 3.), ubi reprehendit Baldum, tanquam auctorem occisionis furum, & dicit, quod tempore S. Thomæ simplices fures non occidebantur. Sæ autem Thomæ Doct. Subt. serè fuit contemporaneus. Suffragatur

tur etiam, ut alios omittam, ipsomet P. Concina (tom. 4. cit. lib. 7. in Decal. dissert. unic. de Homic. §. 4. num. 21.) ibi: *Quoniam, quæso tribunal ad mortem damnat furem ob simplex, & parum furtum decem, aut viginti, aut quinquaginta, aut centum aureorum? Lata utique alicubi lex adversus insidiatores, & grascatores viarum, vulgo dictos assassinos, quis ob artem infamem, crudellemque, quam exercet, ob furtum etiam parvum ladicum, §. Quia verò: ibi: Pro furto autem nolimus omnino quodlibet membrum abscondi, aut mori, sed aliter eum castigari. Concordat Jus nostræ Hispaniæ, lib. 18. tit. 23. partit. 7. ibi: *Más por razón de furto non debe matar, nin cortar miembro ninguno, fueras ende si fuese ladron conocido &c. Idem disponitur in aliis legibus. Idem antiquioribus, tum recentioribus, quas ad longum citat & exornat Laurentius Mattheuci & Sanz de Re criminali, contro. 36. n. 5. in ejus summario ait: Furtum simplex de Jure Hispano neque puniri poena mortis, vel mutilationis.**

40 Doctoribus Theologis in hac parte stipulantur Juriste omnes, qui teste Hiquæo (cit. n. 38.) non decernunt poenam mortis pro furto, nisi ut est latrocinium, aut æquivaleret latrocinio, & pacis periculum, & perturbationem inferret: quibus in casibus furtum non est simplex, sed com-

positum his circumstantiis, quæ concurrunt. Juris ad stipulatur utrumque Jus Canonicum, videlicet & civile. Jus Canonicum nullo modo concedit, poenam mortis inferendam esse pro furto simplici. Leges ipsæ civiles (verba sunt Concina loc. cit. num. 4.) furi occisionem non permittunt, dum nullum subest vitæ periculum, ut advertit doctissimus Consultorum Cujacius. Et quidem habetur expressum in Auten. Et nulli iudicum, §. Quia verò: ibi: Pro furto autem nolimus omnino quodlibet membrum abscondi, aut mori, sed aliter eum castigari. Concordat Jus nostræ Hispaniæ, lib. 18. tit. 23. partit. 7. ibi: *Más por razón de furto non debe matar, nin cortar miembro ninguno, fueras ende si fuese ladron conocido &c. Idem disponitur in aliis legibus. Idem antiquioribus, tum recentioribus, quas ad longum citat & exornat Laurentius Mattheuci & Sanz de Re criminali, contro. 36. n. 5. in ejus summario ait: Furtum simplex de Jure Hispano neque puniri poena mortis, vel mutilationis.*

41 Unde quando aliquæ leges etiam in Hispania reperiuntur, quæ poenam mortis furibus decernunt, non furtum simplex respiciunt, sed furtum complicatum aliqua circumstantia, quæ hic & nunc judicatur sufficiens, ut talis poena licitè decernatur. Ut enim latè probat Panormit. in cap. Cum

Cum Ecclesiarum, & Felinus de Const. præsumi debet pro iustitia legis ex motivo & necessitate Reip. ordinatum esse ut fures pereant, quia degenerabant in latrocinia. Nunquam ergo verificatur homicidium iuste statui pro furto solo. Et jam Scoti sententiam solidæ rationi innixam, à gravioribus Theologis edoctam, ab eisdem Censoribus receptam, omni prorsus juri consonam, & ab omnibus Juristis approbatam. Quis nunc eam iudicet censura dignam?

§. IX.

42 **H**æc de doctrina Scoti super homicidio in casu furii. Ad casum adulterii quod attinet falsum est quod Concina & Salmanticenses supponunt, nimirum Scotum ipsum docuisse, adulterium de facto esse unum, ex casibus exceptis à lege illa. *Non occides.* Licet enim Doctor iste subtilis utique adulterium revocavit tanquam causam à Deo in veteri lege expressè exceptum; docet etiam illam exceptionem expressam fuisse, jam nunc per misericordiam evangelicam revocatum; quod deducit ex illo Joan. 8. ubi absolvens mulierem adulteram, ait Christus: *Nemo te condemnavit? Næc ego te condemnabo. Vade, jam amplius noli peccare.* Hæc in Sententia Scoti licet adulterium qua adulterium in lege veteri posset morte puniri in vi

Apêndice.

exceptionis expressæ, cum tamen hæc in lege evangelica revocata fuerit, in hac non potest sic puniri, sed solum puniri potest in vi exceptionis implicitæ, & faciendæ per justam legem, quæ poenam mortis potest in casu adulterii statuere, ubi tales sunt circumstantiæ, ut id exigat publica quies, & securitas Reip. Sed de hoc videbis Hiqueum citat. (in Com. Doct.)

43 Ex hucusque expensa Scoti doctrina planè constat, ipsam in sua specie, & non adscitis vestibus indutam & deformatam, solidam utique esse ac proinde non citra injuriam censurari. Constat enim non esse fidei infestam, sed illi valdè consonam; non temeritatis plenam, sed in Patribus, canonibus sacris, legibusque civilibus innixam: non deniquè praxi totius orbis Christiani contrariam, quin potius praxi omnium omnino Judicium communem. Restat ergo ut videamus, quam jacula feriunt, quæ à Censoribus Scoti congeruntur adversus ejus doctrinam. *Adversatur quippè, ait Concina, communi Patrum auctoritati.* Ecce totum censuræ fundamentum. At jure exigam: Qui Patres doctrinæ Scoti adversantur? Nullus exprimitur, in communi solum citatur. Ego è contra vel potiori jure allegabo etiam communem pro sententia Scoti. Nec multum mihi periclitari videar, si dixerim ultro

Defensa y declaracion &c.

tro causa cederem, si unus solus Pater mihi assignetur, qui dicat oppositum ejus, quod Scotus docuit: Scotus autem jam abundè manifestavit, suam sententiam esse ipsissimam Augustini (*relatam 23. quæst. 5. cap. Si non licet.*) Adversatur, addit Concina, sententia Scoti communi sacrorum canonum auctoritati. Qui sunt isti canones? Ab ipso assignati sunt cap. Miles, cap. Non frustra, qui certè reperuntur in Decreto, caus. 23. non quidem q. 1. ut ipse citat sequutus Salmanticenses; sed quæst. 5. At enim cap. Miles solum decernitur, non esse reum homicidii militem, qui potestati legitime obediens occidit hominem. Cap. Non frustra solum declaratur legalia tormenta, Regiamque potestatem idè fuisse institutam, ut mali coererentur, & quietus inter malos boni viverent. In quem scopum utique collimant plures alibi sacri canones. Sed quid quæso ex istis contra Scotum? In quò ejus sententia, quam verbatim retulimus, recensitis canonibus adversatur? Quare ergo tanquam repugnans communi sacrorum canonum auctoritati traducitur? *Quia nihil frequentius, ait Concina, in jure canonico, quam malefactorum occisio.* At quorum malefactorum? Omnium omnino? Ergo leges canonicæ, leges civiles, omnes Juris Interpretes, omnes Theologi, & præsertim,

Alensis; S. Thomas, Sylvester, Soto, imò & Concina ipse, qui ut nuper vidimus, negat justitiam, & licitudinem homicidii in casu furii, & simplicis furii, adversabuntur communi sacrorum canonum auctoritati? Ergo communi sacrorum canonum adversabitur, *Can. Pœna 23. q. 5.* ubi sic dicitur: *Pœna illorum, quamvis de tantis sceleribus Confessorum, rogo te ut præter supplicium mortis sit, & propter conscientiam nostram, & propter catholicam mansuetudinem commendanda.* Ergo similiter adversabitur, *Can. Unum solum (ibid.)* ubi dicitur: *Corrigi eos cupimus, non necari: sicigitur eorum peccata commisce, ut sint quos pœniteat peccasse?*

44 Dices: sacros canones, leges, Doctores atque Theologos non loqui de occisione omnium omnino malefactorum, sed illorum solum qui sunt Reip. vitiales & perniciosi; vel quorum malefacta habent aliquam horribilem deformitatem; ut supra loquens de furto dicebat S. Thomas. Optime est; dicas nunc amabo; ubinam hoc negaverit Scotus. Negavit utique Scotus, licetè furem occidi *pro furto solo*: at jam prius hoc ipsum sufficienter negaverat loc. cit. S. Thomas. Negavit generaliter licitam esse hominis occisionem in casibus à Deo non exceptis à lege illa sua: *Non occides*, sed hoc totidem verbis prius negavit S. Aug. relatus in cap. *Si non licet.* Si ergo doctri-

trina Scoti eadem ipsa est, quam August. docuit, quam Ecclesia suis canonibus inseruit, quam S. Thom. approbat: quis jam errorem aliquem Scoto tribuat? Quis eum amplius erroris & temeritatis arguat?

§. X.

45 **M**aneat ergo, Scoti sententiam; admissum ipsius litteræ, & mentis explicatam & expensam; catholicissimam esse sequè, ac securissimam, & dignam certè, que attendatur, præsertim hæc temporibus, proh dolor! scatenibus tot cædibus, tot cladibus, tot rebellionibus, tot tumultibus. Non enim, ut Scoti Censores comminiscuntur, hujus doctrina præjudicat, vel in minimo publicæ potestati: quin potius eam firmat, dirigit, & securam reddit. Enimvero totus spiritus Scoticæ doctrinæ ex Augustino haustus, eo unicè tendit, ut in decernendis homicidii casibus, sive hoc fiat privatim à Doctores, sive publicè à Principibus & Magistratibus, non totum relinquatur naturali discretioni, que multoties, experientia utinam non teste, obnubilatur, & fallitur; sed insuper oculus, & quidem dexter, habeatur ad Scripturas sacras, diligenter perquirendo: utrum casus ille contineatur in illis, explicitè, vel saltem implicitè? Adeo ut lex homicidii lata, vel sit alicujus sam-

eri textus applicativa, vel ad mirum descendat à Scripturæ sacræ Decretis, tanquam *conclusio practica à principiis practicis* &c. Aliter enim, quomodo lex lata erit *secundum justissimæ rationis imperium*, ut determinat Augustinus?

46 At enim, quid exinde deduci potest in publicæ potestatis præjudicium? Sanè *legislatorum nemo*, ut ait Concina, *controversias, quasiunculas, quas excogitare hominum ingenia valent, suis in legibus inseruit*. Omnes Principes catholici, in eudendis legibus materiam juris divini, ut est præsens, concernentibus, serios Theologos consulunt. Isti per Concinam ipsum & veritatem, tenentur decidere, non innitendo præcise rationi, sed stando divinæ auctoritati, & definiendo per recursum ad Scripturas sacras; aliter enim utique recederent à praxi omnium Sanctorum Patrum, Theologorumque antiquorum; nec Theologos agerent, sed Bathologos, aut purè Philosophos & Metaphysicos. Atque Scotus, ut constat ex supradictis, non aliud sibi voluit: igitur ejus doctrina publicæ potestati minime præjudicat, sed cautam reddit, & monet.

47 Imò tan longe abest, ut doctrina Scotica auctoritati à Deo collate Regibus, Magistratibusque publicis officiat; ut potius istorum quieti, & securitati, quia nulla magis, consulendo eam saltem indirectè, valdè expediat, firmet,

met, roboret, atque communiat. Concinam ipsum hic appello. Undenam in materia furti & homicidii tot scopula, in qua non infrequenter impeerunt viri divitarum & sanguinum? Undenam contra veritatem & spiritum Evangelii speciem licitudinis obtulerunt tot duella, tot vindictæ, tot injustæ cædes, tot assassinia, tot tumultus, & reipublicæ perturbationes? Undenam in doctrina morali tot opinionum portenta, tot commenta, tot paradoxa? Qui fieri potuit, ut in agro Dominicæ doctrinæ, in quo parum charitatis, humilitatis, & mansuetudinis granum seminavit Pater ille cælestis, tot emergerint vitiorum fomenta, tot inquam divinæ legis tergiversationes, tot laxitates, tot zizania? Certè hoc fecit inimicus homo.

48 At si Concinae credimus, in causa etiam fuit pessima methodus theologizandi plurium Theologorum, qui in suis opinionibus, vel stabilendis, vel adoptandis, sacr. Script. neglexerunt, quasiunculis, ratiunculis nimium indulserunt, habenas laxarunt, & tandem doctrinam anti-evangelicam non semel procederunt. Esto. Sed ecce ex adverso Scotum ad Script. vocantem, soli rationi naturali in theologizando specialiter super homicidio stare minime permittentem; sanam, Augustinianamque doctrinam docentem, & spiritum evan-

gelicæ mansuetudinis omnibus commendantem. Quid ergo hac ejus doctrina commodius ad evellendas è cordibus hominum opiniones illas, quibus decepti malum dicebant bonum, quaerentes excusationes in peccatis? Sanè doctrina hæc ad radicem zizaniorum illorum securim parans Augustinianam, funditis evertit laxitatum diverticula.

49 Sed heu ingemisco, & ventrem doleo! Video enim vestibus horroris, timè & erroris transfundi, proptereaque à Concina acerrimo laxitatum hoste, erroribus annumerari hæc Scoti doctrinam, que in sua propria facie, licet aliquibus, quos pro censura citat, & simul laxitatis taxat, non multum ardeat, nisi mea me fallit sententia, non poterat ipsi Concina non esse valde grata. Utinam hæc Scoti doctrina expensa esset & perpensa! Enimvero si obtinisset hæc doctrina; quandonam tot laxitates irrepressissent circa subjectam materiam? Quandonam emerissent ex orco tot propositiones ab Ecclesia damnatae in materia de furto & homicidio? Quandonam tot in materia de duello? Quando nata esset doctrina illa perniciosa de regicidio & tyrannicidio? Quandonam repullulasset, postquam damnata fuit in Concilio Constantiensi? Uno verbo, quandonam in libris moralibus legerentur propositiones illæ que à

Concina & Massio notantur tamquam laxæ nimis & damnandæ? Certè si audita esset doctrina Scoti, non in tantum excrevisent Conclini indices & catalogi.

50 Hæc satis superque sit dixisse, ut videant omnes, errorem Scoto tributum, Scoti enim nihil ejus doctrina magis sapienter quam Augustinum. Cum Augustino sensit, cum August. satis frequenter loquitur, ut testes sunt octingentæ & quindecim Augustini auctoritates, quibus vel sola ejus sententia Oxoniensis exornantur & ditescunt.

sisso quod sensit. Sensit revera Scotus cum Augustino cui semper tantum in opinando detulit, ut nullibi ab illius explorata & firma sententia, vel in minimo deviaerit. Quid plura? Spiritu doctrinæ Augustinianæ semper instinctus, in sententia & phrasi nihil ejus doctrina magis sapienter quam Augustinum. Cum Augustino sensit, cum August. satis frequenter loquitur, ut testes sunt octingentæ & quindecim Augustini auctoritates, quibus vel sola ejus sententia Oxoniensis exornantur & ditescunt.

INDICE

DE LOS TRATADOS Y CAPITULOS
de este Tomo.

	quáles sus actos.	37
	§. II. De la adoracion sacra.	38
De los preceptos del Decálogo.	§. III. De los vicios opuestos á la religion.	39
	§. IV. De la supersticion, y sus especies.	Id.
	§. V. De la irreligiosidad, y sus especies.	42
	§. VI. De la tentacion de Dios.	Id.
	§. VII. Del sacrilegio y violacion de la Iglesia.	43
	§. VIII. De la simonia.	45
	§. IX. De la blasfemia.	55
	Precepto II. del Decálogo.	
	Trat. III. Del juramento.	
	§. I. Qué sea juramento.	58
	§. II. De las condiciones del juramento.	61
	§. III. De la division del juramento.	62
	§. IV. Del jurador de costumbre.	64
	§. V. Del juramento con ánimo fingido.	65
	§. VI. De la obligacion del juramento promisorio.	66
	§. VII. Del juramento anfibológico.	67
	§. VIII. Del juramento judicial.	71
	§. IX. De la adjuracion.	74
	Eecce z	Trat.
PARTE III.		
De los preceptos del Decálogo.		
PRECEPTO PRIMERO.		
Trat. I. De las virtudes teologales.		
§. I. Qué sea fé divina.	Pag. 3	
§. II. De la obligacion que hay acerca de la fé divina.	4	
§. III. De la confesion exterior de la fé.	6	
§. IV. De los pecados opuestos á la fé, la infidelidad, y sus especies.	8	
§. V. Qué sea heregia, y de quantas maneras puede ser.	9	
§. VI. De la doctrina christiana.	12	
§. VII. De la esperanza divina.	17	
§. VIII. De la caridad con Dios.	22	
§. IX. De la caridad con el próximo.	29	
§. X. De la limosna.	32	
§. XI. De la correccion fraterna.	35	
Trat. II. De la virtud de la religion, y sus vicios opuestos.		
§. I. Qué sea religion, y		